Ex alijs Palatinatibus in Summa Omnium
Subscriptorum Eo. - - - - 186.

Copia Literarum Celsmi Primatis Regni
ad Summum Pontificem Clementem XII.
Corsinum Varsaviæ 10. Augusti Ao. 1735.

Post oscula pedum Sanctitatis Vræ meiq
humillimam Comendationem, compertum mihi
est de paterna erga me memoria et Cura San-
ctitatis Vræ, dum cum Fato sic imperante
per totum Annum in detentione et Arcto exi-
stebam pro qua Filiales Sanctitati Vræ refero
gratiarum actiones legi Protectrices Literas cũ
pleno animi solatio, quas ad Augustissimum
Romanorum Imperatorem pro impetrandis
ab ipso ad eliberationem mei medijs Sanctitas
Vra gratiosissime Scribere dignata est, Legi
in illis et effusos ex Paterno Corde Sttis Vræ
affectus, et Solidissima Argumenta pro Episco-
pali Charactere et Primatiali munere meo
expressa, in quibus prout Integer Orbis San-
ctitatem Vram spectat Vigilem et Sollicitam pro
ove Sua, ita adorat bonum Patrem et Pastorem
Tamen vox Paterna taliter emissa à Stte
Vra vix aliquid operata fuisset, nisi Serenissimus
Rex Augustus III suas intercessiones Inten-
tioni Sanctitatis Vræ Correspondentes non in-
ter posuisset, post quas interpositas, positus in
libertate, accessi ad hunc Regem cui Deus
mirabilis in operibus suis Ipse assistere videtur,
Concessis Illi omnibus ad id, quod Thronum ejus
firmare possit medijs et modis. Ex omnibus
enim Provincijs, Palatinatibus et Districtibus

Regni